


πd
1362



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-753073-p0002-1

DFG

DR. 528. 36

B. M. T.

Hd
1362


DE CLARO LIBRO:
DER
WEISS KVNI
AVCTORE
C. R. HAVSEN

HIST. P. P.



FRANCOFVRTI AD VIADRVM

APVD CAROLVM THEOPHILVM STRAVSSIVM
MDCCCLXXVI.





PRAEFATIO.

Prodiit praeterito anno e Codicu[m] Ma[n]uscriptorum praestantissima amplissima que Collectione Bibliothecae Caesareae Vindobonensis praeclarus liber; **DER WEISS KVNIG**, *Eine Erzahlung von den Thaten Kaiser MAXIMILIAN des ERSTEN. Von MARX TREITZSAVRWEIN auf dessen Angeben zusammengetragen, nebst den von HANNSEN BVRGMAIR dazu verfertigten Holzschnitten. Herausgegeben aus dem Manuscrite der Kaiserl. Koenigl. Hofbibliothek, Wien 1775. fol.* Qui ipse liber Viris doctis, ac Litterarum intelligentibus, quo ad nomen, non adeo incognitus esse poterat: Etenim Petrus Lambecius in Commentariis de Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi inter varia monumenta ad Imperatoris Maximiliani vitam ac res gestas pertinen.

tinentia, et commēmorat^(*): *DER WEISSE KVNIG.* Qua propter iam dudum recti ac sapientes Historiarum aestimatores optauerunt, vt quemadmodum iam ante duo saecula pluresque annos e Viennensi Bibliotheca notissimus ille liber: *Der Theuerdank* (**), editus fuerit; ita etiam ille liber, *Der weisse Kunig*, quo nunc gloriamur, socius ei veluti adderetur. Et profecto librum illum insignem: *Den Theuerdank*; cuius prima editio prodiit Norimbergae MDXVII., adeo diligentiori cura et seueriori inuestigatione dignum iudicavit magnum nuper *Georgiae Augustae* ornamentum I. D. Koelerus (***)^(*), vt illius libri virtutes multis annis post indagaret, auctorem, fidemque ipsam commentarii examinaret ac diiudicaret. Si igitur hac opportunitate publice scribendi, nobis oblata, magnam Auctoritatem sequuti, finitimum Koeleriano elegimus argumentum: certe hoc ipsum nostrum consilium, et nouitate rei et grauitate argumenti, non omnino intelligentibus iudicibus ac aestimatoribus esse displiciturum, speramus atque confidimus. Age vero videamus primum de Historia: deinde de argumēto: post de vero Auctore; denique de fide illorum
commentariorum.

^(*) Comm. I. II. c. VIII. n. CCCXXII et CCCXXXI. Lambecius Praefationem Commentarii et perorationem adiecit, dicens: *Dignissimum profecto est hoc opus, ut beneficio typographiae publici fiat iuris.*

^(**) Die Geuerlichkeiten und eintheils der Geschichten des loeblichen freitbaren und hochberumbren Helds und Ritters TEWRDANNCKHS. Variae libri exstant Editiones, antiquissimam et primam nominauimus.

^(***) Disquisitio de inctyto libro Poetico: *Theuerdank*. Aldorfii 1714. recensu 1719. et et 1727.

§. I.

Historia commentarii.

Petrus Lambecius commemoratis locis non nulla tradidit de libro nostro: *Der weiss Kunig*, primum cum diceret: exstare inter Codices Bibliothecae Msc. Commentarium vitae ac rerum gestarum Maximiliani, quarum seriem Imperator commemorauisset Marco Treitzsaurwein, qui illi fuerat ab Epistolis ac libellis; deinde alio loco adiicit Lambecius: Catalogus Librorum ab ipso Imperatore Maximiliano I. compositorum. Exstat autem is hoc modo: *Vermerck die puecher die Kayser MAXIMILIAN selbst macht. 1. Grab, 2. Erenporten, 3. Weise Kunig, 4. Theurdank (*) et reliqua.* Singulare vero nomen: *Der Weise Kunig*, huic libro ea de cauſa fuit imponitum: *Fridericus III.* Imperator filio Maximiliano quaestionem difficultem ad explicandum proposuerat: respondit recte ac sapienter Maximilianus, inde Fridericus et omnes qui adessent, intelligentesque Iudices Eum nomine *Iunioris Regis sapientis* celebrant: *Und der Kunig, desgleichen die Maister gaben Ime diesen Namen, das Er hinfuehro gehaißen folle werden der Iung Weise Kunig (**);* quemadmodum Fridericus ipse iam dudum nomine *senioris Regis sapientis*: *Der alte Weise Kunig*, floruerat. Praeter ea eiusmodi cognomina, in monumentis rerum gestarum hoc aevi frequenter occurunt: Ita et apud Nostrum Autorem *Duces Burgundiae nominantur: Die Kunige von feuerreyzen*, sine villa dubitatione ab Insignibus Ordinis Aurei Velleris, quem Dux Philippus anno MCCCCXXXI. instituerat: *Reges Angliae: Die Kunige von pluemen, a rosa, qua et Insigne et Vexillum illorum exornatum erat: et reliqua.* Ipse vero rerum gestarum Commentarius: *Der Weise Kunig*, anno MDXIV. et conscriptus maximaque ex parte perfectus ac absolutus, in Biblioteca Ambracensi conditus, atque deinceps in Vindobonensi translatus fuit. At enim vero in ipsa ordinatione et editione Operis, multae ac variae exoricabantur difficultates. Etenim et singula commentarii capita disie-

A 3

ata

*) L. c.

**) *Der Weise Kunig* p. 62.

cta erant, et omnino commentarius insigni ac varia laborabat obscuritate: cum, quo ad modum enarratarum rerum gestarum, tum quo ad singula verba et descriptiones. Quapropter libri conscribebantur, qui illustrandae inservirent obscuritati, verbi caussa: *Das Frage Buch*; elaborabantur *Notationes*, vt dicunt, *Glossae*, ad explicanda difficultiora loca. Omnis vero illa opera maxima ex parte irrita: reliquae supererant longe maiores difficultates, quas sola *Maximiliani primi* cura ac studium, vt opinabatur, tollere potuisset. Ille Imperator, ingraescente aetate, ad longe alia et maioris ponderis ac momenti intenderat animum negotia, adeo vt ad ultimum e vita discederet, priusquam vitae suae ederetur commentarius. Eo mortuo et auctae difficultates, et praeter ea studium, quo ante tenebantur Viri docti et curiosi, legendi hunc commentarium; valde diminutum fuit. *Figurae* vero ac *Imagines*, quae adiici deberent Commentario, factae ac delineatae solerti studio *Johannis Burgmair* aliorumque Artificum, eadem non admodum laeta expertae fuerunt fata. Nam malo et turbato ordine dispositae, vt ad quam rei gestae descriptionem, haec vel illa imago referenda esset, parum intelligeretur. Inter ea saeculo decimo sexto, et saeculo decimo septimo iterum spes grata affulgebat, fore vt illustraretur ille obscurus et difficilis rerum gestarum *Maximiliani primi* commentarius. Nam saeculo XVI. magnum illud et litteris charum nomen *Streinius*, Liber Dominus de *Schwarzenau*, doctissimis notationibus explicauerat commentarium: *Den Weiß Kunig*, et saeculo XVII. de *Schallenberg* sibi collectionem *Imaginum*, quae adumbrarent atque exprimerent rerum gestarum narrationem, comparauerat, vel maxime in eo occupatus, vt omnia monumenta, conscripta, sicuti credebatur, a *Maximiliano primo*, ederet: cum mors *Schallenbergium* mortalium coetibus eriperet, ac omnem spem consiliumque plane irritum redderet. Ab illo igitur tempore, hoc est ab anno tricesimo primo praeteriti saeculi, vsque ad nostram aetatem latuit ille praestantissimus Codex in Bibliotheca Vindobonensi. Cum vero fortuna favente **GRAETZII** *Imagines ac figurae*, quae vel maxime ipsum illustrarent commentarium, degerentur, factum est vt praeterito anno tandem feliciter praeclarus prodiret liber: *Der Weiß Kunig.* (*)

§. II.

(*) Praefatio celeberrimi Editoris.

§. II.

Recensus vniuersi operis

Satis superque ex epistola ad *Carolum* (*) a *Treitzsaurwein* vniuerso operi praemissa, patet: hunc ipsum commentarium suctae *Maximiliani*, eo fuisse elaboratum atque conscriptum consilio, vt nepotes diui imperatoris *Carolus* atque *Ferdinandus*, ex rebus gestis mirisque vicissitudinibus, quae Eo imperante cum omnino in Europa, tum in primis in Germania atque Italia acciderunt, praecepta sapientiae prudentiaeque colligerent, eaque ad recte regendam variam ac inconstantem rerum fortunam, transferrent. Ipse vero Commentarius a *Treitzsaurwein* in tres diuisus est partes, quaelibet pars in capita, quorum summa CCXXII. absolvitur. Ita operis argumenta ordinavit Auctor: in ipsa vero editione divisio in partes parum curata fuit, potius omnia ac singula capita ad primam referuntur partem. In prima parte operis Nuptiae *Friderici III.* Imperatoris cum *Eleonora* principe *Lusitaniae*, pariter omes ac singulæ res huic negotio finitimæ, luctuosa describuntur oratione: in parte vero secunda continetur educatio et institutio *Maximiliani* primi attentione ac lectu vel maxime digna: tertia denique parte gesta ab hoc ipso imperatore commemorantur bella. Ea quae in prima operis parte traduntur et exponuntur, partim accedunt ipsam narrationem, quam de hoc nuptiarum negotio posteritati prodidit Legatus: *Nicolaus Langmann de Falkenstein*, quae ipsa relatio apud *Petzium* in collectione scriptorum rerum Austriacarum legitur. (**) Hunc vero singulorum factorum in prima parte sequitur dilectum commentarii Auctor, vt singulis rebus gestis non nunquam ea admisceat, ex quibus et notitia non nullarum Terrarum moresque hominum perspici atque intelligi possint. Extra omnem vero dubitationem positum est, occurrere et inter alia per se relatu digna, et res leuiores, quid leuissimas, ex quarum cognitione non adeo multa capies tibi vel frugifera, vel salutaria. Nolumus ea repetere: memorabilis vero omnino est locus, in

*) *Carolus quintus* imperator.

(**) Tomi III, p. 573. Lipsiae 1721. fol.

in quo origo Ludorum Equestrium in Regno Lusitaniae (*) indicatur, quorum prima celebratio ipsa die nuptiarum Eleonorae Principis instituta est. De itinere a Friderico III. Röمام suscepto, non nulla memorabilia produntur: in primis vero omnis ille nuptiarum Romae celebratarum et coronationis splendor ac honor, nitida adumbratur oratione. Inter alia his verbis mentionem fecit congressus creberrimi Pontificis summi cum Friderico, et quemadmodum de rebus gravissimi momenti ceperint consilia: *Und alle nacht kam Unser heiliger vater der Pabst, zu dem alten weissen Kunig, und waren oft bey zwei Stunden, bey ainander und hetten oft gross gehaim Rat mit ainander, davon in diessem puech nit zu schreiben ist* (**). At enim vero hanc ipsam primam operis partem, et si fatendum est, quid sentiamus ac iudicemus, etiam tertiam, secunda pars et varietate ac nouitate rerum longissime superat: adeo, ut si etiam in prima et tertia parte multa leguntur, quae satis superque ex aliis rerum gestarum monumentis posteritati constant, attamen ob haec mox commemoranda orationis argumenta, editione dignissimus sit iudicandus commentarius. Et alii scriptores de educatione, institutione, vita domestica Maximiliani primi multa ac omnino memorabilia posteritati prodiderunt, in primis, vtalios silentio praeteremamus, Iohannes Cuspinianus (***) : in hoc ipso vero commentario multa occurunt atque leguntur, ab aliis scriptoribus sive plane omissa, sive negligenter tractata, sive non adeo luculenta exposita oratione. Qua propter iis, qui vel data opera ingenium Maximiliani, morum vitaeque domesticae delineare vellent imaginem, largam et insignem hic commentarius scribendi praeberet materiam: omnino glorus labor! ac nullo modo post satis ieune ac sterileriter conscriptam a Iohanne Balde (****) vitam Maximiliani, inutilis aut superuacaneus. Nullo modo negamus, et in hac ipsa parte multa obuenire, quae fidei, quid, probabilitati aduersari videantur: quisnam vero rerum gestarum scriptor tan-

*) Auctor p. 18.

**) P. 40.

***) De Caesaribus atque Imperatoribus opus p. 485. ex editione Francofuri 1601. fol.

****) Maximilianus I. Austriacus redirirus recusus cura H. A. Langenmantel. Aug. 1679. 8.

tantae auctoritatis? cuius fides non recte ac sapienter aestimanda sit. Enarrat auctor, omnem institutionem *Maximiliani*: celebrat educationem dignam Principe, et quo modo ingenium eius cognitione linguarum, doctrinae, artium liberalium, Picturae, Musices, Architecturae ciuilis, formatum ac excultum fuerit, ostendit. In primis copiosa oratione insignem *Maximiliani* favorem in praestantissimum Historiarum studium, finitimamque huic doctrinae partem *Genealogiam* atque Rem Numismaticam describit. Inde extollit *Maximiliani* iuvenilem ardorem, agilitatem ac fortitudinem: Virtutes: quibus in ludis equestribus aliis admirationem excitaret, sibi fauorem *Patris* ac gloriam compararet (*). His rebus pertractatis ac absolutis ipsius vitae *Maximiliani* continuat descriptionem: in primis nuptias eius cum *Maria Principe Burgundiae* commemorat, resque, priusquam hoc negotium perficeretur, peractas. Adaequat hac ipsa oratione commemorationem reliquorum scriptorum: praeter quam quod duodecim Principes laudauerit, qui in conciliando sibi animo ac amore *Mariae*, elaborauerunt, indeque ab auctoritate aliorum scriptorum, atque ipsius *Fuggeri* in Codice Manuscripto discerentur. Nun was (en verba! pag. 107.) umb Dieselb mechtig, und Edl. schön Kunigin, ain gross werben, und nemlichen, Es waren zwelf personn die grosten und Edlislen in der Welt, und Ir Jeder was der Jungen Kunigin an All Ir gleich die umb Sy warben. (**) In de bella a *Maximiliano* primo gelta, praelia, atque in vniuersum, rerum bellicarum exitus atque euentus, describit: Und so Ich nun von dem alten weissen Kunig, und von seiner Gemahl, und Irem Sun, dem Jungen weissen Kunig, von seiner Jugend beschrieben hab, so will ich Jetzo beschreiben, auf Kurz ist, die grossen Krieg und Strit, die der Jung weiss Kunig in seinem Leben gefuerdt, volbracht, und gethan hat. (***) Haec ipsa vero Descriptio parum perspicua, et minus accurata est, quid? in non nullis locis et fidei atque Chronologiae vel maxime repugnat. Praeter ea alii scriptores haec bella posteritati oratione magis perspicua retulerunt, vnam rem me-

B

mo-

*) Auctor p. 62 - 101.

**) Auctor p. 107.

(***) Auctor p. 122.

morabilem ab aliis aequalibus scriptoribus silentio praetermissam deinceps indicabimus. Omnia vero rerum bellicarum gestio complectitur bella cum Regibus *Galliarum*, cum Duce et Republica *Venetorum*: denique illa ciuilia, quae tum temporis in *Belgio* a non nullis excitata fuerunt ciuitatibus. Cum vero Auctor modo hanc particulam rerum gestarum hoc anno commen moret, alia facta, quae ad hanc ipsam rerum gestarum particulam referenda sunt, modo omittere, et deinde plane alieno repetere soleat loco: summa vniuersae orationis exoritur obscuritas. Porro ipsa rerum relatio non semper suis numeris perfecta ac absoluta, saepe ambigua: denique collocatio factorum interdum parum idonea esse videtur. Qua propter nisi cognitione omnium eorum, quae *Maximiliani* tempore acciderunt, instrutus ad lectionem commentarii accedas: male tempus, operam studiumque in legendo collocabis.

Satis quidem diximus de argumento: vnum valde memorabilem tamen commemorabimus locum. Disputatur inter viros Historiarum intelligentes: an anno MCCCCXCVIII. inter *Ludovicum XII.*, qui *Carolo VIII.* mense Aprili successerat, et *Maximilianum* primum propter terram Burgundicam bellum gestum fuerit. Auctor commentarii hanc bellicam expeditionem, quamuis oratione minus perspicua, tamen ita tradit atque narrat (*): ut per se nulla amplius moueri possit dubitatio. Fides vero ac Auctoritas huius facti non solum in libro, (vt dicunt *Concepibuch*) in quo seriem bellorum: *Hungaria*, *Britanni*, *Mailand*, *BVRGVNDI*, *Schweizer* reliqua legis, defenditur et stabilitur: Sed in primis etiam relatione Codicis manuscripti *Fuggeri*, quam huic capiti adiecit celeberrimus Editor.

§. III.

Auctor commentarii indicatur.

Existimat quidem doctissimus ac Historiarum intelligentissimus Editor in Praefatione operis vniuersi, nullum alium

* Ib. p. 261.

alium Auctorem commentatii fuisse, praeterquam *Maximilianum primum*: tamen pace humanissimi viri proferemus et laudabimus argumenta, quibus, haec ipsa sententia, non adeo probabilis efficitur. Verba Editoris sunt: Schreibt Maximilian im Stillen des einsamen Cabinets auch seine Reichs- und Kriegs-Geschichte, verbesserte und bildete jene Auffaeze aus, welche ihm die Minister seines Thrones und die Gefaehrten seiner Heerzuege ueber eben diesen Gegenstand lieferten. Durch diese gesammte Bemuehung war die Geschichte des WEISEN KOENIGS schon im Jahr 1512 zur haelfte gebracht. Nolo repetere ea argumenta, quibus omnino vir Summus Koelerus in commemorata dissertatione contra Petrum Lambecium ostendit, ne vnum quidem librum conscriptum fuisse a Maximiliano: pariterque ex parte recte docet librum insignem sub nomine *Theuerdank*, nemini nisi *Melchiori Pfinzing* tribui debere. Diximus ex parte: etenim ipse liber *Theuerdank* a *Melchiore Pfinzing* ex commentario: *Der Weiss Kunig* descriptus, et tantum modo florum sparsionibus, reliquisque Poeseos ornamentiis fuit exornatus: quemadmodum non solum ex diligentí comparatio-ne libri *Theuerdanck* cum commentario nostro intelligitur, sed etiam disertis verbis antiquissimi Chronicorum, quod res gestas Maximiliani primi illustrat, et in Bibliotheca *Uniuersitatis Litterarum Viadrinae* exstat, commemoratur (*). Singula vero argumen-ta diligentius recensebimus, ex quibus colligi potest, nullo modo a *Maximiliano primo* elaboratum fuisse commentarium: *Der Weiss Kunig*. Etenim quomodo probabile est *Maximilianum sapientem omnino Principem*, adeo magnifice de se sentire, alias alte contemnere Principes, sibi multarum linguarum, omnis doctrinae artiumque reliquarum suis numeris perfectam ac absolutam cognitionem attribuere? Pulchritudinem, amabilem vultum, et gratam corporis formam praedicare ac extollere: in leuissimis denique rebus gloriam ac splendorem ponere potuisse? Legas vero velim, quae pagina sexagesima secunda usque ad paginam centesimam primam in Commentario nostro enarrantur. Quid iudicare deberet posteritas de hoc Principe sapiente, si, ut alia loca silentio opprimamus, ita ipse imaginem Pulchritudinis & ae delineauisset: und alle die Inesahen, (commemo-rat: quomodo salutatus fuerit in aula *Mariae Burgundiae*) die heten ab seiner schoenen Jungen, und geraihen Personen ain sonnder

B 2

gross

*) Geburts-Beschreibung MAXIMILIANI I. fol.

gross wohlgefallen, und das gemain Volck sagten, Sy heten keinen schoenern Jungen herrn gesehen (*), Et paulo post: Als ward er Ir gezaigt (Matri Mariae) Sy wolt aber am ersten, nit glauben geben, das derselb, Der Jung Weifs Kunig were, dann Sy bedenkt, Er were zu schoen. Nach solichem ging die alt Kunigin, Eylend zu Irer Tochter, der Jungen Kunigin, in die Camer, und sprach mit In-nigkait ires Hertzens, o Tochter, kainen schoenern Jungling, hab Ich nit gesehen, als der Jung Weifs Kunig ist, und dieser Jung Kunig, sol sein, dein Herr und Gemahl, und kain anderer nit, Aut diesen Worten ist zu merken, das der Kunig aufs Frankreich, mit seinem Sun zu Spot kam mit der haimlichen Werbung, Dann der Jung Weifs Kunig, was gar ain gerater Jungling, ganz wol gestalt, von leib und gepain, hat ain schoen lieblich antlitz, und ain sonderlich schoen gelb har. — — — Et quomodo porro adeo leuissimam rem litteris mandare, eaque vel maxime gloriari potuerit? quae pagina octogesima enarratur: Und hat erst ob der tasf, die speiss auf seinem taeler prot zusammen genommen, die zusammen gedient, und in dem Mundt wol geschmecke haben, und also geessen, Es were wunderlich davon zu schreiben, Ich wils aber bey dem beleiben lassen, dass Er alle Kunig damit ubertroffen hat. Accedit ad ea ipsa, et aliud argumentum, quo vel maxime sententia nostra defenditur. Hic ipse commentarius viuo Maximiliano edi debebat: Estne vero simile ac probabile, Maximilium, principem modestum ac verecundum, iudicia, quae certe et reliqui Principes, et alii de hoc libro tulissent, in quo sibi ipse Maximilianus, summas dixerat laudes, aequabili passum fuisse animo? Nolo attingere ac commmemorare, quod cum commentarius eo fuerit conscriptus consilio, vt ipso auctore prudentiam sapientiamque sibi comparare deberent neoptes Maximiliani Carolus ac Ferdinandus: profecto re ita perfecta, iis non adeo praeclarum ad imitandum reliquisset modestiae exemplum Imperator. Praeter ea occurunt in singulis rebus gestis non nunquam adeo graves ac insignes errores, (de quo argumento deinceps disputabimus,) vt omnem fidem ac probabilitatem superet, eum, qui ipse haec agitauerat consilia, perfecrat res, iniuerat foedera, adeo turpiter labi ovesque veri leges transgredi atque violare potuisse. Igitur iure optimo cen-
fe-

*) p. 113. et 114.

semus atque arbitramur, hunc *Commentarium: Der Weiß Kunig* a nemine, nisi a Marx Treitzsaurwein von Ernreitz elaboratum atqne conscriptum fuisse. Ille Marx Treitzsaurwein fuit Maximiliano ab epistolis atque libellis, praeterque *commentarium laudatum elaborauit et alium librum: Kaiser MAXIMILIANVS Gedenck-puechel Auf der Kayf. Maiest. mundlichen Bevelh hat MARX TREITZSAVRWEIN die hierinen begriffen sachen eingeschrieben anno XV hundert, in den VIII, X, XII, und XIII Jaren.* (*)

Digna omnino memoria Illius Viri, in cuius doctrina reliquisque virtutibus insignem Imperator collocauerat fiduciam, ut plura de Eo dicerentur, in primis cum ii, qui data opera posteris temporibus praeclara virorum doctorum merita, explicaverunt, ne quidem nomen viri docti attigerint: at enim vero et tempori et legibus scribendi obtemperandum est. Ipse Marx Treitzsaurwein non ambigua aut obscura oratione, sed diserte tradit, quod ipse conscripsiterit hunc *commentarium*. Non laudabó, ex vniuersa oratione colligi posse, eum auctorem fuisse, aut singula loca *commentarii* commemorabo, in quibus scriptoris defungitur persona: satis vero et epistola ad Carolum, Praefatio atque Peroratio operis, eum produnt atque ostendunt Auctorem. In Epistola subiicit lectio ac iudicio Caroli *commentarium: Den Weiß Kunig* a se scriptum: In Peroratione qua alloquitur Maximilianum Imperatorem inter alia et haec verba profert: Nach Ewr. Kaiserlich Mayestaet Ernstlich bevilh mutlich antzaigen, unnd Schriftlich Underricht, Mir Marxen Trytzsaurwei von Erntreiz, hab Ich diiz puech genannt Der Weiß Kunig mit schrift u. Gemel. in ordnung gebracht. Als vil Ewr. Kayserliche Mayestaet mir darinnen geoffenbart hat und mir wissend gewest ist, VND SOLICH ARBEIT IST DVRCHE MICH VOLPRACHT WORDEN. Bit darauf Ew. Kay. Mt. als meinen aller genedigsten Herrn diſe mein arbeit unnd vleiß genediglichen anzunehmen, auch mich in E. Kay. Mt. genaden zu behalten. Forsttan is ipſe locus nostrae aduersari videtur sententiae, sicuti Pictura Praefationi addita, et quam loco Petrus Lambecius laudat commemorato. Haec ipsa pictura ob oculos Imperatorem folio Regali sedentem ponit: penes solium con-

B 3

spi-

*) Lambecius I. c. n. CCCXXXII.

spicitur *Marx Treitzsaurwein* in genua prouolutus ac scribens,
adpositi sunt versus:

Merk viel wirdt von mir geschrieben
Was sachen und Krieg ich hab getrieben
Darum schreib, wie ich dir jetzo sag
So kumbt die recht wahrheit an den Tag.

Salva vero nostra res atque sententia est. Namque non negamus quotidiano sermonē, *Maximilianum* varia vitae suae fata ac rerum vicissitudines narrauisse suo *Treitzsaurwein*, quid? iussu Imperatoris eum non nulla litteris mandauisse. Certe locus apud Cunradum Rittershusium, et alios legitur, qui ex auctoritate viri grauissimi *Bilibaldi Pirckheimeri* hanc ipsam *Maximiliani* curam atque studium posteritati celebrauit. (*) Quodsi vero ea omnia ita sint comparata, atque veritate nitantur: tamen nihil aliter efficiens, nisi *Treitzsaurwein* his ipsis subsidiis in conscribendo commentario vsum, nullo vero modo *Maximilianum* commentarii scriptorem, vti existimat clarissimus Editor, fuisse.

Etenim, si tantummodo ea, quae *Maximilianus* conscripsit, ordinauerit, quo modo ille *Treitzsaurwein* Carolo hunc librum in epistola, tanquam commentarium a se elaboratum, offere? quo modo in ipso libro non nunquam addere verba; *Dies puech hab ich gemacht*, et denique in ipsa operis peroratione *Maximilianum* his verbis alloqui et salutare potuerit: *Und mir wißend gewest ist*, (et alia profecto conscribenda historiae subsidia ac auxilia indicat,) *Und solich Arbeit ist durch mich volbracht worden*. Neque contempnenda est auctoritas viri sapientis *Cuspiniani*, qui, quamuis hunc ipsum commentarium: *Den Weiss Kunig* plane silentio praetereat, tamen de alio libro, qui male a *Pietro Lambecio* aliisque tribuitur *Maximiliano*, perspicua oratione ea tradit: „*Pulchrumque opus confinxit: quod Portam honoris appellavit, a Stabio viro eruditō erudite concinnatum, et picturis venustatum.*“ (**) Quae cum ita sint, sicuti ad *Portam honoris*, sunt verba *Cuspiniani*, conscribendam *Sabium* excitauit, ita eodem

*) Opera *B. Pirckheimeri*, Francofurti 1610. fol. p. 9.

**) I. commemorato p. 388.

eadem modo Marx Treitzsaurwein ingénium, operam atque studium in conscribendis his adhibuit commentariis.

§. IV.

Iudicium de vniuerso opere atque eius fide.

In diiudicanda vniuersa horum commentariorum oeconomia, consilium scriptoris inuestigandum examinandumque erit. Noluit Marx Treitzsaurwein, ingenio atque arte elaboratam posteritati relinquete historiam, igiturque neque ad hanc vel illam classem librorum historicorum hoc ipsum opus referri potest. Collegit seriem rerum gestarum, tradidit ea, quibus forsitan interesset, negotia, repetit, quae vel ipse viderat, vel ab aliis, et in primis ab ipso imperatore dicendo audierat: indeque magis aliis largam conscribendae historiae praebuit materiam, quam ut ipse ex instituto hunc susciperet laborem. Ita iudicat scriptor noster de his commentariis in Praefatione: *Ain Jeder dem ditz puech furkumbt, und die offenbarung des puechs ver-forgten und unwillend seye, mocht vermainen, das puech were mit ge-maell und Schrift vollkumenlich volpracht, Darinnen beschicht zu verantwurtung, Diese unterricht, ditz puech ist Nun allein ain Ma-teri und ain unvollkumenlich Werkh und nichts anders.* — —

Qua propter omnino intelligentibus et viris doctis et risus et indignatio excitareur: si forsitan aliquis ex eorum numero, qui in laudandis atque aestimandis libris infelici saepissime fidere, iudicu sibi imposuerunt personam, vel hunc ipsum commentarium ad Luciani praecepta reuocare, vel neglectum orationis liberius accusare vellent ornatum. Porro in ipsis singulis rebus gestis commemoratis, in collocatione factorum, in definienda Chronologia, et leges boni ordinis et omnino veritatis, saepe numero fuisse violatas animaduertes. Exempla proferemus: Ea facta, quae pagina CLXVIII. commemorauit vsque ad p. CLXX; repetit oratione p. CLXXI - CLXXIII. P. CLXXXIII-CXCI. res gestae enarrantur, quae referenda sunt ad aliam commemorationem, quam protulerat Auctor p. CXXXVI. Ita et in multis aliis locis eodem non recto scribendi vtitur ordine. Verbi causa facta p. CXCVI. enarrata refer ad paginam CLVIII: p. CCIV - CCXII. et p. CCXIX. multa facta exponuntur, quo-rum series ad commemorationem plane diuersam pertinent. Ita et

et non nulli graues omnino leguntur errores: ex auctoritate relationis pagina CCXIII: *Ludovicus undecimus rex Galliarum obiit anno MCCCCLXXXVIII.* cum omnibus notum et per vulgatum sit: hunc regem die trigesimo Augusti anni MCCCCLXXXIII. e vita discessisse: ipsa Maximiliani primi expeditio Romana suscepta anno MDVII. post comitia Constantiae celebrata, male ad annum MDVI. ab auctore refertur. Denique etiam multae rerum gestarum descriptiones ita sunt comparatae, ut etiam post doctissimos Editoris celeberrimi labores, illorum factorum nullo modo perspicere ac intelligere valeas naturam. Explices mihi velim paginam CCXIV., et CCXV., quae non solum plane obscuram, sed etiam varijs insignem erroribus continent relationem, porro paginam CCLXXIX., et CCLXXX: in alio libro, qui illustrat ambigua et difficilia loca (*das Concept Buch*) haec ambiguae commemorationi explicatio additur: *Um die Auslegung habe man sich nicht weiter zu erkunden.* Pagina CCCXXXI. Auctor inter alia mentionem fecit: *einer seltsamen Gemain*, quam devicerat Imperator *Maximilianus*, multaque alia non adeo perspicua vel facili intelligenda negotio adiicit. Forsttan vero is ipse locus ex *Trithemii Chronico Hirsaugiensi* ad annum MDII. aliisque scriptoribus aequalibus illustrari potest. Probabile est, per verba: *einer seltsamen Gemain*, indicare Auctorem, foedus illud atque societatem, quam post *Pacem publicam* conditam, anno MDI. rustici contra Episcopum *Spirensem* inirent: quae societas sub nomine: *Der Bund Schuh* in rerum gestarum celebrata est monumentis. Denique multum etiam studio partium, amori atque admirationi, qua *Maximiliani primi* coleret atque prosequetur nomen, tribuisse auctorem; tam ex natura relationis omnino in non nullis locis, quam ex comparatione illius cum fide et auctoritate aliorum aequalium scriptorum, facile colligitur. Etenim cui Historiarum intelligenti probabitur commemorationis p. LXII. quo modo scribere didicerit *Maximilianus*, ipsumque arte expedite scribendi *Treitzsaurwein* adaequauerit, quamuis his verbis ille celebretur: *So hat er zu der Zeit seiner Regierung bey Ime ainen Secretarien gehabt, der zu derselben Zeit beruelt gewest, fur den peildigsten und furderlichsten Schreiber.* Elstne probable linguae Slavonicae cognitionem sibi ex hac via atque ratione comparauisse *Maximilianum* quae p. LXXII. refertur: quid? longe facilior fuit addiscendae via linguae Anglicae; (confer p. CXIX.)

Da

Da kamen viel Dienstleut aus Enngland zu Ime, Dieselben
 kundten gar woll mit dem Hanndipogen schieszen, — — —
 — Und es begab sich oft, das er (Maximilianus) mit den hanndpo-
 gen kurzweil trieb, dabey dann seine Dienstleute, die Ennglischen
 auch waren. In solicher Kurzweil, Er von denselben Englischen,
 die English Sprach erlernet. Und die Englischen gaben Ime dar-
 inn, fur alle ander den Ruem. Praeter ea Maximilianus adeo
 linguae latinae studio excelluit, egregiaque cognitionis littera-
 rum variae in ipsa iuuentute edidit documenta, quae a testimo-
 niis auctoritateque aliorum scriptorum longissime discedunt.
Cuspinianus certe vir doctus, veritatisque studiosus, iuuenilem
 Maximiliani aetatem describit, et his verbis Illius Linguae lati-
 nae cognitionem laudat atque celebrat 1. comm. pagina 486:
 Quae quidem indicia sunt magni ingenii quod a primis annis habile
 fuit atque capax ad arduas res capessendas, si doctorem habuisset, qui
 bonarum artium semina spargere nouisset. Sed ab indocto imbutus
 praeceptore, castrense Latinum, (vel ut vulgus loquitur) militare
 didicit. Quae cum ita sint, quamuis ille commentarius: *Der Weiß Kunig*, qui iam inter rariores libros referri potest, pro-
 pterea quod, (sicuti litteris Viri illustris et quem summa cum
 honoris significatione nominamus, accepimus), omnia reliqua
 exempla commentarii ad *Augustissimae* atque *Sapientissimae* Ro-
 manorum *Imperatricis*, Hungariae Bohemiaeque *Reginæ* delata
 fuerunt Palatium: quamuis inquam ille commentarius nullo mo-
 do perfectus suisque numeris absolutus dici ac nominari possit:
 tamen multa facta ex eo addiscuntur, aeterno hastenus oppres-
 sa silentio, uniuersaque rerum gestarum Series *Maximiliani* aevo
 mirifice adumbratur. Et quantopere fuisse optandum, ut et-
 iam ea dicendi ac enarrandi auctor sibi elegisset argumenta, quae
 vicissitudines Reipublicae Germanicae, ipsasque origines et pro-
 gressum *Iuris publici Imperii Romano-Germanici* illustrarent atque
 explicarent. Nolo laudare illam vtilitatem, quam doctissimi libri
 lectio iis sit allatura, qui magna cum gloria, ac meritorum pae-
 dicatione origines et fata linguae Germanorum
 explicauerunt.

AKT II d 1362

Pon Td A362, QK

ULB Halle

003 599 361

3



VD 18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DR. 528, 36

B. M. T.

II d
1362

DE CLARO LIBRO:

DER

WEISS KVNING

AVCTORE

C. R. HAVSEN

HIST. P. P.



FRANCOFVRTI AD VIADRVM

APVD CAROLVM THEOPHILVM STRAVSSIVM

MDCCCLXXVI.

